Secunda conclusio

¶ Et si iudeus odit christum: tamen christum non odit ꝫ amat.

Tertia conclusio

¶ Uenientem cognosco: ꝛ tamen non cognosco venientem.

De probabilibus per cās veritatis

¶ Probabilis per cās veritatis est illa propō que hꝫ multas causas veritatis disiunctiue sūptas sicut incipit: desinit. ꝛ ablatiuus in cōsequentia.

De incipit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. M.7.27 (b)

14

¶ Incipit probatur per disiunctiuam compositam ex duabus copulatiuis quarum prima fit ex affirmatiua de presenti: et negatiua de preterito: et secunda ex negatiua de presenti: et affirmatiua de futuro vt:

¶ Sortes incipit esse albus

Sortes est albus: Et nõ immediate añ instãs qð ẽ p̃sẽs sortes fuit albus. vel Sortes nõ est albus: Et immediate post hoc istãs qð ẽ p̃ns sortes erit albus.

Prima conclusio

¶ Tu incipis esse albus: et non incipit esse coloratus

Secunda conclusio

¶ Incipit esse omne quod est: et tñ nõ omne quod est incipit esse: nec incipit esse aliquid quod est: licet aliquid quod est incipit esse

Tertia conclusio

¶ Tu incipis videre quemlibet hominem: et nullum hominem incipis videre: nec aliquem hominem incipis videre: nec incipis videre aliquem hominem.

De desinit

¶ Desinit probatur p disiunctiuam cõpositẽ ex ɔtradictorijs copulatiuis ad incipit: quarum prima fit ex affirmatiua de presenti et negatiua de futuro: et scđa ex negatiua de p̃nti et affirmatiua de preterito verbi gratia:

Sortes desinit esse

Sortes est. et imediate post instans quod est p̃ns sor. nõ erit vel Sortes non est. et immediate añ hoc istãs qð ẽ p̃ns sor. fuit

Prima conclusio

¶ Deus desinit esse in hoc instanti: et tamen in hoc instanti deus non desinit esse.

Secunda conclusio.

¶ Licet deus desinat esse in hoc instanti: tamen nõ desinit esse in aliquo instanti.

Tertia conclusio

¶ Tu desinis scire omnem propositionem: et non desinis scire aliquam nec aliquam desinis scire.

De ablatiuo in consequentia

¶ Ablatiuus in consequentia probatur per disiunctiuam ex temporali: conditionali et causali compositam. verbi gratia

Sole oriente fit dies

Quia sol orit̃ fit dies vel Si sol oritur fit dies vel Qñ sol oritur fit dies

Prima conclusio

¶ Nõ aliquo hoĩe currẽte tu es asinus. nec nullo hoĩe currẽte tu es asinus
Nõ seq̃t̃ ñ aliquo hoĩe currẽte tu es asinus. g̃ nullo hoĩe currẽte tu es asinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. M.7.27 (b)

Secunda conclusio.

¶ Lz nõ aliq̃ hoie currẽte tu es asin⁹. tñ aliq̃ hoie currẽte tu nõ es asin⁹

¶ Nota q̃ q̃cunq̃ ppõ pbat̃ copulatiue siue resolubilit̃ siue exponibiliter siue officiabilit̃ siue discriptibiliter ei⁹ ɔ̃dictoriũ est pbabile p cãs veritatis. s. p disiunctiuã cõpositã ex partib⁹ ɔ̃dictorijs. x̃. grã hec ppõ: sor. nõ currit pbat̃ per hãc disiũctiuã hoc nõ currit vel hoc nõ est sor. qr hec ppõ sortes currit: que est sua ɔ̃dictoria pbat̃ p hãc copulatiuã: hoc currit ꝛ hoc est sor. ꝛ ita dicas de officiabilib⁹ expõibilib⁹ ꝛ descriptibilib⁹.

¶ Nota q̃ omnia verba preter substantiua dicuntur adiectiua: ꝛ possũt adiectiua probari resolutorie per sum es est: ꝛ participium proportionatum. verbi gratia: probatur sit resolutorie

Sortes est currens.
g̃ sor. currit. ecõuerso sequit̃.
Sortes currit
g̃ sor. est currens.

¶ In prima arguitur a resoluẽte ad resolutã in scda ecõuerso.

¶ Post oĩa p̃dicta debes diligẽter aduertere cuz pponit̃ tibi aliq̃ ppõ statim debes videre an sit mediata an imediata. si est imediata nõ potest pbari: qr ad sensuz vel intellectũ est per se nota: ꝛ ɔ̃ negãtes p se nõ nõ est amplius disputãdũ. si vero est mediata debes videre an sit affir^a vel negatiua. si est negatiua debes eã pbare p cãs veritatis: aut per ɔ̃dictoriuz: aut p singulares: vt superi⁹ dictũ est. si vero ẽ affirmatiua tũc vide an sit cathegorica vel ypothetica. si cathegorica vide primũ terminũ mediatuz ꝛ ab eo debes inchoare ppõnis pbationẽ: qr a p̃mo termino mediato sẽper inchoanda est ppõnis pbatio: ꝛ nõ per saltũ debes ppõnez pbare: qr fiunt multe deceptiones exponẽdo ppõnẽ nõ exponibilẽ sed resolubilez ꝛ ecõuerso. x̃. grã. ista ppõ aliqd̃ albũ incipit esse sortes: est resoluẽda rõne de ly aliqd̃ albũ ꝛ nõ pbanda rõne de ly ĩcipit per causas veritatis. Appello aũt primũ terminũ nõ ꝭm situ̾. sed ꝭm denoiationẽ: vt in modalibus sepe modus ꝭm situ̾ est vltimus: ꝛ tñ scd̃z denoiationẽ est primus. similiter in ypotheticis nota ypothetica ꝭm situ̾ quasi semp est media: ꝛ ꝭz denoiationẽ est p̃ma. Facta aũt pbatiõe primi termini debes gradatiz pcedere ad aliũ si qs est: ꝛ si donec oẽs termini mediati ppõnis cathegorice fuerint ꝭm exigentiã ɔ̃clarati. si vero ppõ fuerit hypothetica tũc vide an sit cathegorice vel hypothetice pbanda. si cathegorice: tũc pba eam sicut dixi de cathegorica. x̃. grã. Necessario tu curris vel tu nõ curris: si ly necessario cadat in totũ: lz ista sit ypothetica disiunctiua cũ in ea coniungantur plures cathegorice per notam disiunctionis: tñ nõ est ypothetice disiunctiue pbãda: sed cathegorice exponibiliter hoc modo.

¶ Necessario tu curris vel tu nõ curris.

Tu curris vel tu nõ curris

Et nõ potest esse quin tu curras vel tu non curras.

¶ Similiter ista: necessarium est te moueri si tu curris: si ly necessarium cadat in totum: licet sit ypothetica conditionalis: tamen non est ypothetice conditionaliter probanda: sed more cathegorico officiabiliter offerēda hoc modo. Hec propositio est necessaria: tu moueris si tu curris que adequate significat te moueri: si tu curris. ergo ꝛc.
¶ Ubi vero sit ypothetica ypothetice probanda: tunc aut copulatiue aut disiunctiue aut conditionaliter secundum quod dictum est in capitulo de ypotheticis debes inferre ypotheticam esse veram vel falsam: possibilē vel impossibilem: necessariam vel contingentem. verbi gratia: Altera pars principalis huius disiunctiue affirmatiue est vera. ergo hec disiunctiue est vera. ꝛ sic nulla ppō erit q̄ tibi occurret: si sit probabilis: quam statim inferre non possis.

De ꝯsequentiis tractatus quartus.

¶ Consequentia est illatio consequentis ex antecedente: vt homo currit ergo animal currit. Antecedens est illud quod precedit notā illationis. Cōsequēs est illud qđ sequitur. Ly ergo vel ly igitur est nota illatiōis.

¶ Consequentiarū alia.

¶ Bona ē illa in q̄ oppositū cōsequentis repugnat añti: vt hō cur. ergo aīal currit: q2 hec repugnant homo currit ꝛ nullum aīal currit.

¶ Mala ē illa in q̄ oppositū consequentis non repugnat antecedēti siue stat cū eo: vt tu es homo ꝙ tu es rex. quia nō repugnat te esse hominem ꝛ non regem.

Bonarum alia.

¶ Formalis est illa in qua oppositum cōsequentis formaliter repugnat antecedenti. vt tu curris ergo tu moueris. q2 te currere ꝛ non moueri formaliter repugnant

¶ Materialis est illa in qua oppositum cōsequentis materialiter repugnat antecedenti: vt nullus deus est: ergo nullus homo est: q2 nullū deū esse ꝛ aliquē hominē eē materialiter repugnant.

¶ Illa dicuntur formaliter repugnare que nec realiter nec conceptibiliter possunt simul stare absq3 contradictione manifesta: vt te currere ꝛ non moueri.
¶ Illa autem dicuntur materialiter repugnare que l3 realiter non possint simul stare: conceptibiliter tamen possunt simul stare absq3 contradictione manifesta vt nullum deum esse ꝛ aliquem hominem esse: que nō possunt simul stare realiter. quia nullum deum esse est impossibile. tamē apud intellectum non manifeste repugnant: sicut apud illos qui negant deum esse.
¶ Consequentie bone ꝛ materialis sunt due regule.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. M.7.27 (b)

Prima regula.

¶ Ex impossibili sequitur quodlibet: vt homo est asinus ergo tu curris.

Secunda regula

¶ Necessarium sequit̄ ad quodlibet: vt tu curris ergo homo est animal:

¶ Pro quibus regulis nota ꝙ impossibile cuilibet repugnat: immo sibi ipsi: quia impossibile non potest esse ergo cuiuslibet illarum ꝯn̄arum oppositum ꝯn̄tis repugnat an̄ti: Et intelliguntur iste due regule dummodo nō arguatur ꝯm aliquem modum alicuius ꝯn̄tie bone ꝛ formalis de quibus modis inferius dicet̄. Vbi gratia: hō ē asinus ergo hō ē aīal: illa consequentia ꝛ bona ꝛ formalis: nō obstante ꝙ an̄s sit impossibile ꝛ ꝯn̄s necessarium: q2 arguitur ab inferiori ad suum superius sine impedimento.

De diuisione cōsequentie ꝛ bone formal

Bonarum formalium.

De forma est illa cui quelibet cōsil̄is in forma est bona. vt homo currit ergo aīal currit: q2 sequitur albedo videtur ergo color videt̄: Tu curris ergo tu moueris

De materia est illa cui non quelibet ꝯsil̄is in forma ē bona. vt hoc est al̄ ergo hoc est homo demr̄an⁹ hoīe; s3 nō sequitur sic demr̄ando ꝑ ly hoc asinum

¶ Ille ꝯn̄e sunt coosimiles in forma que hn̄t consimilē modū arguendi: ꝛ an̄tia ꝛ cōsequentia eiusdem denoīationis: nō quo ad verum vel falsum possibile vel impossibile necessariū vel cōtingens: sed quo ad alias denominationes propōnū: sicut qualitatem quantitatem: de secūdo vel tertio adiacente: de simplici vel composito: subiecto vel predicato.

¶ Correlariū. Omnis cōsequentia bona de forma est formalis ꝛ nō ecōuerso: vnde quel3 istarū ē formalis ꝛ nō de forma: tm̄ principium est ergo nō tm̄ principium est: tm̄ pater est ē ergo nō tm̄ pater est. ꝛ sic de alijs correlatiuis. Similiter tu credis p̄cise ꝙ aliqs homo decipitur ergo aliquis homo decipitur: Tu credis precise ꝙ tu deciperis ergo tu deciperis. Similiter tu scis te esse lapidem ergo tu non scis te esse lapidem. ꝛ sic de alijs consimilibus.

Generales regule. cōn̄iarum bonarum ꝛ formalium.

Prima regula

¶ Si alicuius ꝯn̄tie contradictoriu3 consequentis est illa tm̄ ꝯdictorij antecedentis ꝯn̄tia est bona: vt homo currit. ergo animal currit. q2 bene sequitur: nullum animal currit. ergo nihil quod est homo currit.

¶ Correlariū Si alicui⁹ ꝯn̄tie ꝯdictoriū ꝯn̄tis nō ē illatū ꝯdictorij an̄tis ꝯn̄tia nō valet: vt tu loqueris ergo tu disputas. q2 nō sequit̄: tu nō disputas ergo tu nō loqueris.

Secunda regula

¶ Si alicuius cōsequētie bone antecedēs est verū: ꝛ cōsequēs similiter

est verum. Ex falsis verū ex veris nil nisi verū: vt patet per Aristotelem in libro prior.

Primū corl'm. ¶ Si alicuius ɔ̄ntie bone ɔ̄sequēs est falsuz: ⁊ añs similliter est fl'; vt tu es asin⁹ ḡ tu nō es hō. Secundū conclariū.

¶ Si alicuius ɔ̄ntie añs ē verū ⁊ ɔ̄ns f'lm: ɔ̄ña nō valet: iō nō sequit̄ tu q es deus nō es hō: ḡ tu nō es hō. Tertia regula.

¶ Si alicui⁹ ɔ̄ntie bone añs ē necessariū: ⁊ ɔ̄ns sil'r est necessariū: vt hō est: ergo animal est. Primū conclariū:

¶ Si alicuius ɔ̄ntie bone ɔ̄ns nō est necessariū ⁊ añs nō ē necessarium: vt tu es hō ergo tu es aial. Secūduz conclariū.

¶ Si alicuius ɔ̄ntie añs ē necessariū ⁊ ɔ̄ns nō ē necessariū ɔ̄ntia nō valz: ideo nō sequit̄. oīs homo est aial: ergo iste homo est animal.

Quarta regula.

¶ Si alicui⁹ ɔ̄ntie bone añs ē possibile: ⁊ ɔ̄ns ē possibile: vt tu es papa: ḡ tu es summus sacerdos. Primū conclariū.

¶ Si alicuius cōsequētie bone ɔ̄ns nō est possibile: nec añs: vt hō ē asin⁹ ergo homo est rudibilis. Secundū conclariū.

¶ Si alicuius ɔ̄ntie añs ē possibile: ⁊ ɔ̄ns ipossibile ɔ̄ña nō valet: vñ nō sequitur: omne vigilās est asinus: ḡ sortes vigilans est asinus.

Quinta regula.

¶ Si aliqua ɔ̄ña est bona ⁊ aliquid sequitur ad cōsequēs illud idē sequitur ad antecedēs. vnde bene sequitur homo currit ergo animal currit ad qđ sequit̄ ꝙ corpus currit. iō ad illud añs hō currit: sequit̄ ꝙ corp⁹ currit. Primū conclariū.

¶ Quicqd antecedit ad añs cōsequētie bone: antecedit ad cōsequēs: qr sequit̄ hō currit: ḡ aial currit; ⁊ sortes currit: antecedit ad illā: hō currit. iō antecedit ad cōsequēs: qr bene sequit̄: sortes currit: ergo aial currit.

Secūduz conclariū.

¶ A primo ad vltimū qñ oēs cōsequētie intermedie sunt bone: ⁊ formales: ⁊ nō variate est bona cōsequētia ⁊ formalis: vt hō currit: ergo animal currit: aial currit: ergo corpus currit: iō sequit̄ hō currit: ḡ corpus currit. Sūt etiā cōsequētie bone itermedie ⁊ nō variate: qñ cōsequēs prioris cōsequētie est precise antecedēs posterioris cōsequētie. ideo nō sequitur: si in nullo loco es tu nō es rome: si nō es rome ⁊ es alibi: ergo alicubi es. alicubi es: ergo in aliquo loco es. ⁊ tamen nō sequitur de pmo ad vltimū: si i nullo loco es in aliquo loco es. Sexta regula.

¶ Si aliqua cōsequentia ē bona ⁊ aliqd stat cū añte illud idē stat cū cōsequēte. ꝟ. grã: oīs hō currit: ḡ hō currit cū añte stat ꝙ nullus asinus moueat̄. iō stat cū ɔ̄nte. Conclarium.

¶ Quicquid repugnat cōsequenti cōsequentie bone: repugnat antecedēti: vt tu curris: ergo tu moueris: te non moueri repugnas cōsequēti: ideo repugnat antecedenti.

Septima regula.

¶ Si aliqua cõsequentia ẽ bona: et scita a te esse bona: et añs ẽ ↄcedendu; ↄsequens siľr est ↄcedendũ. Et notãter dr̃ scita a te esse bona. qꝛ hui⁹ ↄsequẽtie bone. luna eclipsatur. ergo terra interponit̃ inter solem et lunã. antecedens est concedendum etiã a rusticis. et tñ consequens non est concedendum nisi a sapientibus.

¶ Primũ correlarium. Si alicuius cõsequentie bone scite a te esse talis consequens est negandum. antecedens similiter est negandũ. vt hõ est asinus. ergo homo est rudibilis.

¶ Secũdum correlariũ. Si alicuius ↄñe. añs est concedendum et consequens negandum. consequentia nõ est bona: vel nescita.

Octaua regula

¶ Si aliqua cõsequentia est bona. scita a te eẽ bona. et antecedens ẽ scitũ a te ↄñs siľr est scitum a te.

Primum correlarium.

¶ Si alicuius ↄsequẽtie bone. scite a te esse bone. consequẽs ẽ a te nescitum. et antecedens ẽ a te nescitũ: vt sortes est p̃destinatus: ergo morietur in gratia.

Secundum correlarium

¶ Si alicuius ↄsequẽtie antecedens est a te scitum. et ↄsequens nescitu; consequentia nõ ẽ bona vel nescita.

Regule particulares ↄñaru; bonarũ formalium.

Prima regula

¶ Ab inferiori ad suũ superius. affirmatiue. et sine distributione: et sine signo ↄfusionis impediente. est bona ↄsequẽtia. vt hõ currit ergo animal currit.

Secunda regula

¶ Ab iferiori ad suũ supi⁹ distributiue. nõ valet ↄña. vt null⁹ hõ currit ergo nullũ aial currit.

Tertia regula

¶ Ab inferiori ad suũ supius ↄfuse tñ mobiliter: est bona ↄña. qꝛ bene sequit̃ oĩs hõ ẽ aial. ergo oĩs hõ est substãtia. siľr sequit̃ tñ hõ currit. ergo tñ aial currit.

Quarta regula

¶ Ab inferiori ad suũ superius ↄfuse tñ imobiliter nõ valet ↄsequentia vnde nõ sequit̃. si tu es asinus tu es rudibilis: ergo si tu es aial tu es rudibilis. contingenter iste hõ est aial. ergo contingenter hõ est animal.

Quinta regula

¶ Ab inferiori ad suũ superius negatiõe postposita cũ debito medio est bonũ argumẽtũ. vt sortes nõ currit. et sortes est hõ. ergo hõ nõ currit. sed sine medio nõ valet argumentũ: vnde nõ sequit̃ sortes nõ est aial. ergo hõ nõ est aial. qꝛ antecedens est possibile et ↄsequens impossibile.

Sexta regula

¶ A superiori ad suũ inferius affirmatiue. et sine signo distributiõis nõ valet cõsequentia qꝛ nõ sequitur aial currit. ergo hõ currit.

Septima regula

¶ A superiori ad suum inferius distributiue affirmatiue. et cum debito medio: valet cõsequentia. vt oĩs hõ currit. sortes est hõ. ergo sortes cur-

rit.sed sine medio non valet.quia non sequit᷑. omnis hō est.ergo iste hō est:similiter tu differs ab asino.ergo tu differs a brunello.sed oportet addere.ꝛ brunellus est asinus.

Octaua regula

¶ A superiori ad suū inferius negatiue distributiue ē bonum argumentum. vnde bene sequitur.nullus homo currit.ergo iste homo non currit Nec hic opus est medio.sed oportet ꝙ negatio distribuat: qꝛ non sequit᷑ non nullum animal currit.ergo nō nullus homo currit.sicut nō sequitur aliquod animal currit.ergo aliquis homo currit.

Nona regula

¶ A superiori ad suū inferius cōfuse tm̄ mobiliter nō valet argumentuꝫ vnde non sequitur tm̄.hō currit.ergo tm̄ sortes currit.

Decima regula

¶ A superiori ad suū inferius cōfuse tm̄ imobilit᷑.nec cū medio.nec sine medio valet argumentū.vnde non sequit᷑:necessario hō est animal sortes est.hō.ergo necessario sortes est animal.

Regule consequentiarū formalium circa propositiones quantas.

Prima regula

¶ Ab vniuersali ad suam subalternā est bonū argumentū. vt omne animal currit.ergo aliqḋ aīal cur.sil'r nullū aīal currit.ergo aliqḋ al' nō cur.

Secunda regula

¶ A particulari vel indefinita ad suā vniuersalē nō valet argumentuꝫ nisi forte grā materie.qꝛ nō sequitur: aliquis homo currit.ergo quilibet hō currit.sil'r nō sequit᷑.aliqḋ aīal non ē asinus.ergo nullū animal ē asin⁹ semper tn̄ valet de scḋo adiacēte grā materie. vt aliqd qḋ est hō est ergo oīs hō est.sil'r aliqd qḋ est hō nō est.ergo nihil qḋ est hō ē.qꝛ sic arguendo semper vel cōsequēs erit necessariū vel antecedens impossibile.

Sextia regula

¶ Ab vniuersali affirmatiua ad oēs suas singulares est bonū argumentum.tā collectiue ꝙ̄ diuisiue.ꝛ hoc cū debito medio.Exemplū collectiue oīs hō currit.ꝛ isti sunt oēs hoīes.ergo iste homo currit ꝛ iste hō currit ꝛ sic de singulis. Exemplū diuisiue.oīs hō currit.iste est hō.ergo iste currit.sed sine medio nō valet nisi grā materie:vnde nō sequit᷑ oīs hō est animal.ergo iste hō est aīal.ꝛ iste hō est animal qꝛ antecedēs esset necessariū. ꝛ consequēs contingens.sequitur tamē de materia sine medio. vt oīs deus est.ergo iste de⁹ est.qꝛ ꝯñs est simpliciter necessariū.etiā sequit᷑ sine medio.oīs hō est asinus ergo iste hō est asinus.qꝛ antecedens ē impossibile.

Quarta regula

¶ Ab vniuersali negatiua ad quālibet suarū singulariū.siue cū medio siue absqꝫ medio.ē bonū argumētū. vt nullus hō currit ergo nec iste homo currit.nec iste homo currit:ꝛ sic de singulis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. M.7.27 (b)

Quinta regula

¶ Ab omnibus singularibus sufficienter enumeratis: tam affirmatiue quam negatiue cum debito medio. ad suam vlem est bonu argumentum: vt iste homo currit: et iste homo currit: et sic de singulis: et isti sunt omnes homines masculi: ergo quilibet homo currit: Similiter bene sequitur. nec iste homo currit nec iste ho currit. et sic de singulis: et isti sunt omnes homies masculi: ergo nullus ho currit: sed sine medio cosequentia non valet: quia non sequitur: nec iste homo currit: nec iste homo currit: ergo nullus homo currit: quia post mille annos antecedens erit verum: et cosequens falsum sed bene sequitur. et isti sunt omnes homines masculi.

Sexta regula.

¶ A particulari ad suam indefinita et econuerso: tam affirmatiue quam negatiue: est bona cosequentia: vt animal currit: ergo aliquod animal currit: et animal no currit: ergo aliquod animal no currit: et ecouerso.

Septima regula.

¶ A particulari vel indefinita. cu debito medio. ad oes suas singulares disiunctiue sumptas: est bona ona: vt ho currit: et isti sunt oes hoies: ergo iste ho currit. vel iste ho currit et sic de singulis: et sine medio no sequit ho est animal: ergo ista ho est al vel iste ho est aial. quia ans est necessariu et conseques cotingens. quia est vna disiunctiua cuius quelibet ps est contingens et nulla alteri repugnat: nec opposita illaru partium repugnant.

Regule de ppositioibus no quatis.

Prima regula.

¶ Ab exclusiua affirmatiua: ad vniuersale affirmatiua de terminis traspositis: est bona ona: et ecouerso: vt tm ho currit: ergo oe curres est ho: et ecouerso.

Secunda regula.

¶ Ab exceptiua negatiua: ad exclusiua affirmatiua: cuius pars extra capta exceptie fiat subiectum exclusiue: et aggregatu ex subiecto et pto exceptiue fiat ptu exclusiue: sic pcise significado et supponedo e bonu argumetum: vt nullus ho pter sor. currit. ergo tm sor. est aliqs ho curres: sed no sequit nullu aial pter hoiem itelligit. ergo tm ho intelligit. quia ex subiecto et pto exceptiue no fit ptu exclusiue: sed bn sequit ergo tm ho est animal intellliges. Similiter no sequit: nullus ho pter sor. currit: ergo tm sor. est ho curres dato quod de masculis no currat nisi sortes: et cu eo multe mulieres currant: quia antecedens esset veru et cosequens falsu. quia non saluaretur suppositio.

Tertia regula.

¶ Ab iferiori ad suu supius a pte subiecti: dictioe exclusiua addita subiectis: est bona ona: vt tm ho currit: ergo tm aial currit: quia arguitur ab inferiori ad suum superius cofuse tm mobiliter.

Quarta regula

¶ Ab inferiori ad suu superius a pte pti: dictione exclusiua addita subiectis: no valet cosequentia: vt tm ho cur. ergo tantum homo mouetur: quia

arguitur ab inferiori ad suũ suplus cõfuse distributive. At ecõtrario cuꝫ debito medio valet argumẽtũ. vt tm̄ hõ currit. ⁊ hoc est currẽs. ergo tm̄ hõ est hoc currens. q: sic arguit̃ a superiori distributo ad suũ inferius sine impedimento.

Quinta regl'a.

¶ A termino stante cõfuse tm̄ vel determinate. ad eundem stante distributiue non valet argumentum vnde non sequitur. hõ est animal. ergo tãtum homo est animal. tu differs ab omni hoie. ergo tu differs ab hoie.

Sexta regula.

¶ A termino stante distributiue ad eundem stantem determinate valet consequentia. vnde bene sequit̃ ois hõ currit. ergo homo currit.

Septima regula.

¶ A termino stante cõfuse tm̄ ad eundem stantem determinate respectu eiusdem signi non valet argumẽtũ. vt ois homo hꝫ caput. ergo caput habet omnis homo.

Regule pertinentium ⁊ impertinentiuꝫ.

Prima regula.

¶ Ab affirmatiua vnius despati ad negatiuã alterius est bona ꝯña: vt tu es albus. ergo tu non es niger. sed nõ ecõuerso. q: ex negatiua non sequitur affirmatiua. stat enim te non esse. ⁊ sic añs esset verũ ⁊ cõsquẽs falsũ.

Secunda regula.

¶ Quãdocũq; sunt due ꝓpositiões quarũ subiecta atq; p̃ta ꝯuertuntur manẽte ꝯsili denoiatiõe ac suppositiõe. ab vna ad reliquã ẽ bona ꝯñtia. ⁊ cõuerso. q: ab vno ꝯuertibili ad reliquũ est bonũ argumẽtũ. vt hõ currit. ergo risibile currit. sed nõ sequit̃. qlibet hõ currit. ergo ois hõ currit qa nõ saluat̃ suppositio. q: in vna supponit ly hõ ꝓ masculo tm̄ in alia vero ꝓ vtroq; sexu.

Tertia regula.

¶ Ab vno correlatiuorũ ad reliquũ. de scdo adiacẽte ⁊ econuerso. est bona consequentia. vt duplũ est. ergo dimidiũ est. ⁊ eꝯ. sed non sequit̃. mundus est duplus. ergo mũdus est dimidius. pater est barbatus. ergo fili9 ẽ barbatus. q: arguit̃ ab vno correlatiuorũ ad reliquũ d tertio adiacẽte.

Quarta regula.

¶ A t̃mio ꝑuatiuo ad t̃minũ ĩfinitũ ẽ bõa ꝯña. ⁊ ñ ecõuerso. vt hõ ẽ cec9 ergo hõ ẽ nõ vidẽs. ⁊ nõ ecõuerso.

Quinta regula.

¶ Ad affirmatiua de p̃to ꝑuato vel ĩfinito. ad negatiuã de p̃to finito. ẽ bona ꝯña ⁊ nõ ecõtra. vt tu es cec9 g̊ tu nõ es vidẽs. etiã seqt̃ tu es ñ vidẽs g̊ tu nõ es vidẽs. silr tu es nõ hõ. ergo tu nõ es hõ. sꝫ eꝯ ñ valet. q: ex negatiua nõ seqt̃ affirmatiua: nisi arguat̃ a negatiua de predicato finito ad affirmatiuaꝫ de predicato infinito. cũ debito medio. q: bñ sequat̃. tu nõ es hõ. ⁊ tu es. g̊ tu es nõ hõ.

Regule de ꝓbatiõibus ꝓpositionũ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. M.7.27 (b)

Prima regula.

¶ Ab oibus exponẽtibus simul sumptis ad suã expositã ẽ bona ꝯña. vt homo currit: ⁊ nihil nõ homo currit: ergo tm̃ homo currit. ⁊ econuerso.

Secunda regula.

¶ Ab omni exponibili ad quãlibet suarũ exponẽtiũ diuisiue est bona cõsequentia. ⁊ nõ ecõtra. vnde bene sequit̃: quilibet hõ currit: ergo nullus ẽ homo quin ipse currat. sed nõ ecõtra: qꝛ ex negatiua nõ sequit̃ affirmatia ⁊ dato ꝙ nullus masculus eẽt in mũdo: añs esset verũ ⁊ cõsequẽs falsuȝ.

Tertia regula.

¶ Ex cuiuslibet exponẽtis ꝯ̃dicto: seqtur ꝯ̃dictoriũ expositi: ⁊ nõ ecõtra. nã bñ sequit̃. aliqd nõ hõ currit. g̊ nõ tm̃ hõ currit: sed nõ ecõtra qꝛ ex negatiua nõ sequit̃ affirmatiua.

Quarta regula.

¶ A resoluẽtibus ad resolutã est bona ꝯña ⁊ nõ ecõtra: vt hoc est hõ: ⁊ hoc est aial. ergo homo est aial ⁊ nõ ecõtra: qꝛ añs esset necessariũ ⁊ ꝯñs contingens: nisi fiat resolutio verbalis: qꝛ ibi sequit̃ ⁊ ecõtra. vt hõ currit: ergo hõ ẽ currẽs. ⁊ ecõtra.

Quinta regula.

¶ Ab officiãtibus ad officiatã est bona ꝯsequẽtia: ⁊ nõ ecõtra. vt hec est vera deus ẽ: q̃ adequate significat deũ esse. g̊ verũ ẽ deũ esse. ⁊ nõ ecõtra: qꝛ añs esset neccessariũ ⁊ ꝯñs cõtingẽs.

Sexta regula.

¶ A describẽtibꝰ ad descriptã ẽ bona ꝯsequẽtia. ⁊ ecõtra: vt cognosco aliquid ea rõne: q̃ soꝛ. g̊ cognosco soꝛ. ⁊ ecõtra.

Septima regula.

¶ Ab vna cã veritatis ad ꝓpõnẽ habẽtẽ illã ẽ bona ꝯña. ⁊ nõ econtra: vt si hõ cur. risibile cur. g̊ hoĩe currẽte: risibile cur. ſȝ nõ sequit̃. te existẽte ego suȝ: g̊ si tu es ego suȝ. añs eni est verũ ꝓpter tpalẽ ⁊ ꝯñs falsuȝ: qꝛ ẽ cõditionalis impossibilis.

Octaua regula.

¶ A sensu cõposito ad sensuȝ diuisuȝ nõ valet argumẽtũ: nec ecõtra: vt albũ possibile ẽ esse nigrũ: g̊ possibile ẽ albũ esse nigrũ: nec ecõtra: vt necessario hõ ẽ aial. g̊ hõ necessario ẽ aial.

Nona regula.

¶ Ab actiua ad suã passiuã ẽ bonũ argumẽtũ. ⁊ ecõtra: vt ego diligo deum: g̊ a me diligit̃ deus. ⁊ ecõtra.

Decima regula.

¶ A tertio adiacente ad scõm adiacens: affirmatiue ⁊ sine termino distrabente: est bona cõsequẽtia. vnde sequit̃ tu es hõ: ergo tu es. sed nõ seqtur negatiue: deus non est lapis: ergo deus nõ est: nec cũ termino distrebente: vt antichꝛistus est futurus: ergo antichꝛistus est.

Regule ypotheticarum.

Prima regula.

¶ A copłatiua affirᵃ ad quãlibet partẽ eiꝰ p̄ncipalẽ est bona ꝯña: ⁊ non ecõtra nisi a parte añte ad quãlibet partẽ: vñ bñ sequit̃ tu curris ⁊ tu disputas. g̊ tu curris. ⁊ nõ ecõtra nisi mõ p̄dicto. ꝟ. grã: tu curris g̊ tu curris ⁊ tu moueris. ⁊ notant̃ dixi affirᵃ qꝛ nõ sequit̃ negatiue: nõ tu es hõ ⁊ tu es asinus. ergo tu es asinus.

Secunda regula.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. M.7.27 (b)

¶ A toto copulato diuisim tento ad quálibet eius partē est bonū argumentū ꝛ nō ecōtra: vt sortes ꝛ plato currūt: ergo sortes currit: ꝛ nō econtra: nisi vna pars antecedat ad quálibet: qꝛ bene sequit̄. tu es homo. ergo tu es homo ꝛ animal. Tertia regula.

¶ A pte pncipali disiūctiue affirmatiue ad totā disiūctiuā est bona ɔña ꝛ nō ecōtra: nisi ad partē sequētē ex qlib et parte disiūctiue: vt tu curris ergo tu curris vel tu es albus sed nō econtra nisi mō pdicto: vt tu curris vel tu moueris: ergo tu moueris. Quarta regula.

¶ A parte disiuncti diuisiue tēti ad totū disiūctuꝫ est bona ɔñtia. ꝛ non ecōtra. vt hō currit. ergo hō vel asinus cur. ꝛ notāter dico diuisiue tēti: quia nō sequit̄ collectiue: asinus est asinus: ergo iste hō vel asin⁹ est asinus. tenēdo totū disiūctū collectiue pro subiecto: qꝛ añs est verū ꝛ ɔñs falsum: nā significat. ꝙ ille qui est homo vel asinus: demōstrādo sortē: est asinus.

Quinta regula.

¶ A disiūctiua affirᵃ cū destructione vni⁹ partꝭ pncipalis ad alterā parteꝫ est bona ɔña: vt tu es hō vel tu es asinus: sed tu nō es asin⁹: ergo tu es hō tu nō es hō vel tu nō es asinus: sed tu es asinus. ergo tu non es homo.

Sexta regula.

¶ A copulatiua negatiua ad disiūctiuā affirmatiuā factā de partib⁹ ɔ̄dictorijs copulatiue negatiue: est bona consequētia. ꝛ ecōtra. silr a disiūctiua negatiua ad copulatiuā affirmatiuā factā de partibus cōtradictorijs disiūctiue negatiue ꝛ ecōtra. ē bonū argumētū. ¶ Ratio harū regularū ē qꝛ copulatiua ꝛ disiūctiua cōposite ex partib⁹ ɔ̄dictorijs ɔ̄dicūt: sꝫ negatio pposita facit eqpollere suo ɔ̄dictorio. ergo regule vere. vnde bene sequit̄ nō tu es hō ꝛ tu es asinus. ergo tu nō es hō vel tu nō es asinus. ꝛ ecōtra. silr nō tu es asin⁹ vel tu es capra. ergo nec tu es asinus nec tu es capra. seu tu nō es asinus ꝛ tu nō es capra: quod pro eodē habeo.

De conditionalibus.

Prima regula.

¶ A conditionali affirmatiua cū positione antecedētis ad cōseqnēs est bona cōsequētia: vt si tu curris tu moueris. sed tu curris. ergo tu moueris. Secunda regula.

¶ A conditionali affirmatiua cū destructione cōsequētis ad destructionē antecedētis est bona cōsequētia. vt si tu curris tu es: sed tu nō es: ergo tu nō curris. Tertia regula.

¶ A cōditionali affirᵃ ad disiūctiuā affirmatiuā factā ex ɔ̄dictorio antecedētis ꝛ cōsequēte eiusdē cōditionalis est bona cōsequētia: saltē de mā qꝛ qlibet talis disiūctiua est necessaria cū suū oppositū sit ipossibile. s. copulatiua facta ex añte ꝛ cōtradictorio cōsequētis cōsequētie bone. exemplū. vt si tu es hō tu es aīal. ergo tu nō es hō vel tu es animal.

Quarta regula.

¶ A conditionali negatiua ad aduersatiuā affirmatiuaꝫ factam ex añte

τ 9dictorio 9ñtis: cũ nota possibilitatis ẽ bona 9ña. vt nõ si tu es hõ tu vi gilas. ergo q̃uis tu sis homo stat vel põt esse q̧ nõ vigilas.

Tractatus q̃ntus de obligatiõibus

¶ Obligatio est oratio cõposita ex signis obligationis τ obligato. vt pono tibi illam: tu es rome: admitto. signa obligationis sunt ista tria. s. pono depono: τ admitto. signa obligati sunt: propono: cõcedo: nego: dubito vł distingo: Tota igitur illa oratio dicit̃ obligatio. ly pono τ admitto sunt signa obligationis. primũ ex parte opponentis est. secundum ex parte respondentis. ly tu es rome: est obligatum.

¶ Obligatio.

Positio est oratio cõposita ex signis positionis τ posito

Depositio est oratio composita ex signis depositionis τ deposito.

Positionis sunt nouem regule.

Prima regula.

¶ Omne possibile positũ: scitũ a te esse tale est a te admittendũ: alit̃ esset fuga bazanorum. Secunda regula.

¶ Omne tibi positũ: τ a te admissũ: ẽ a te cõcedẽdũ donec obligatio duret: pꝫ q: est illud idẽ. Durat aũt obligatio ab instanti admissionis, vsq̧ q̃ opponẽs dicat cedat tp̃s obligationis seu obligatio: vel transferat se ad aliam materiam. Tertia regula.

¶ Omne seq̃ns ex solo posito τ admisso: aut cũ concesso: aut cũ concessis: est cõcedendũ. exẽplũ primi: admisso q̧ oĩs hõ currat: est cõcedendũ q̧ oĩs hõ moueat̃. exẽplũ secũdi: admisso q̧ oĩs hõ currat: τ cõcesso q̧ tu es homo: ẽ cõcedẽdũ q̧ tu curris. exẽplũ tertij: admisso q̧ oĩs hõ studens sit laudatus: τ cõcessis istis duobus q̧ tu es homo. τ q̧ tu es studẽs: cõcedendũ est q̧ tu es laudãdus. Rõ regule ẽ q̧ cuiuscũq̧ cõsequẽtie cõcedẽde antecedẽs est cõcedendum τ cõseq̃ns similiter est concedendum.

Quarta regula.

¶ Omne repugnans posito solum: aut posito τ cõcesso: aut posito τ concessis est negandũ: patet quia suũ cõtradictorium ẽ concedendũ per tertiam regulam. Quinta regula.

¶ Omne sequens ex posito cum opposito bene negati: vel oppositis bene negatorum: est concedendum. Exemplum primi: posita τ admissa hac: omnis homo currit: si proponatur tu curris ẽ negãda: quia falsa τ impertinẽs. deinde si proponat̃ tu non es homo: est concedenda: quia bene sequitur. omnis homo currit. tu non curris: ergo tu non es homo: in barocho. τ antecedens est concedendum: nam maior est posita τ admissa: τ minor est opposita bene negati. ergo conclusio est concedenda. Exemplum secundi. pono tibi illam: tu es seruus: vel rex: vel episcopus: qua admissa quia possibilis: propono tu es seruus: est neganda quia falsa τ ĩpertinens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. M.7.27 (b)

deinde tu es epis: ē negāda per eādē causaz. tūc si ꝓponit̄ illa. tu es rex: est cōcedēda. vn̄ bene sequit̄: tu es seruus: vel rex: vel epis: sed tu nō es seru⁹ nec epis: ergo tu es rex. a disiunctiua cū destructione duarū partiū ad tertiam.

Sexta regula.

¶ Omne repugnās posito ⁊ opposito bene negati: vel opposito bene negatorū: ē negādū pȝ qꝛ suū ɔ̄dictoriū ē cōcedēdū per quintā regulam.

Septima regula.

¶ Ad oē imptinēs rēspōdēduȝ ē ſm sui qualitatē. i. si scitū esse verū cōcedenduȝ: si falsuȝ negandū: si dubium dubitandum.

¶ Est aūt imptinēs qd nō sequit̄ nec repugnat aliquo modo ꝑ prius dictoꝝ. ꝑtinēs vero ē cōtra qd sequit̄ vel repugnat aliquo mō prius dicto vn̄ oē illud qd ꝓponit̄: aut ē ꝑtinēs sequēs: ⁊ ita cōcedēdū q̄tūcūqꝫ falsum: aut ꝑtinēs repugnās: ⁊ sic ē negandū q̄tūcūqꝫ verū. Aut ē imptinēs ⁊ sic debes ad eā libere rn̄dere ſm sui qualitatē: ⁊ sicut extra obligationē Jō nō sequit̄. tu negas verū ergo male rn̄dēs. sȝ bn̄ sequit̄. tu negas verū nō repugnās: g̃ male rn̄dēs. Similiter nō sequit̄. tu cōcedis falsuȝ. g̃ male respōdēs.. sed bene sequitur tu concedis falsum sequens ergo male respondes. Similiter sequit̄. tu negas verū ⁊ nō es obligat⁹. ergo male rn̄des. Similiter sequit̄ tu negas verū ⁊ iꝑtinēs: g̃ male rn̄des. Similiter sequit̄. tu cōcedis falsuȝ ⁊ imptinēs. g̃ male rn̄des.

Octaua regula.

¶ Propter possibile tibi positū: nō est ipossibile cōcedēdū nec necessarium negandū. pȝ qꝛ nullū repugnās ē cōcedēdū neqꝫ sequēs negandū. Sȝ ipossibile cuilꝫ repugnat. ⁊ necessariū sequit̄ ad qdlibet. g̃ ⁊c. Quotiēs g̃ proponit̄ aliqua illarū deus ē ⁊ hō ē asinus. ꝑma ē semꝑ cōcedēda: scd̄a vero semper neganda.

¶ Sed nota ꝙ duplex est necessariū. s. ꝑ se ⁊ per accn̄s. Necessariū ꝑ se est cuius significatū adequatū nō potest nec potuit nec poterit nō esse vt deus ē. Necessariū per accidēs ē cui⁹ significatū adequatū nō pōt nec poterit sȝ bn̄ potuit nō esse: vt cesar fuit. Et ꝑ opositū duplex ē ipossibile. s. ꝑ se ⁊ ꝑ accidēs. Jmpossibile ꝑ se est cuius significatū adequatū nō potest nec potuit nec poterit esse: vt nullus de⁹ ē. Jmpossibile ꝑ accidēs ē cui⁹ significatū adequatū nō pō nec poterit sȝ potuit esse: vt cesar nō fuit. Et semꝑ duoꝝ ɔ̄dictorioꝝ: si vnū est necessariū reliquū ē impossibile: ⁊ ecōuerso. Et si vnū est per se tale: reliquū est per se tale ⁊ si per accidēs ꝑ accidens. Jntelligit̄ ergo regula de necessario ⁊ de ipossibili per se ⁊ nō ꝑ accidens: qꝛ nō est incōueniēs propter possibile positū concedere ipossibile per accidēs ⁊ negare necessariū ꝑ accidēs. verbi gratia: si nūc ꝑmo sortes nascat̄. pono tibi illā sor. nunq̄ȝ fuit: est admittēda: qꝛ nō solū est possibil̄ sed vera: deinde ꝓpono eandē certū est ꝙ est cōcedēda: qꝛ posita ⁊ statiȝ est facta impossibilis: qꝛ in rei veritate iam sortes fuit per hoc modicum spaciū tpis ab instanti admissionis vsqꝫ nūc: ⁊ cōsequēter sua opposita. s. sortes fuit: est neganda: ⁊ tn̄ est necessaria: sed hoc nō incōuenit: qꝛ est ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. M.7.27 (b)

cessaria per accidens: sicut sua opposita est impossibilis per accidens.

Nona regula.

¶ Qualibet pte copula tiue ɔcessa: ɔcedēda ē tota copulatiua c⁹ illē sunt ptes. ꝛ ɔcessa vna pte disiūctiua: ɔcedēda ē tota disiūctiua c⁹ illa ē ps pꝫ a siꝛi. nā sicut ad veritatē copulatiue reqrit̄ quālibet ptē eē verā: ꝛ ad veritatē disiūctiue sufficit vnā ptē eē verā. ita requiritur ad hoc ꝙ aliqua illarum sit concedenda.

¶ In obligatiōib⁹ maxie ordo ē attēdēdus: qꝛ sepe vna ꝓpō vno ordine ꝓposita ē ptinēs sequēs: q̄ alio ordine eēt repugnās vel ipertinēs. vñ posito ꝛ admisso ꝙ oīs hō sit rome tūc quelibet istaꝝ: sortes ē hō: ꝛ sortes est rome imediate ꝓposita eēt imptinens. ſꝫ si post illā sor. ē hō ꝓponeret̄ alia sortes ē rome: eēt sequēs: ꝛ cō: si post ꝓpositā illā ꝛ negatā sortes est rome ꝓponeretur illa: sortes ē homo: eēt neganda tanquā repugnans.

¶ Isti termini: ɔcedendū: negādū: dubitādū: dupl'r sumūt̄ pūt. s. noialit̄ ꝓ digno ɔcedi negari vel dubitari. ꝛ pticipial'r pro eo qꝺ ɔcedit̄: negatur dubitat̄: ꝛ multū differt alterū ab altero: nā sepe aliquid est concedendū noialiter: qꝺ ē negandū ṗbaliter: ꝛ ecōtra. ꝛ ita de dubitādo. Si. n. ponit̄ ꝙ illa rex sedet: sit posita mihi ꝛ a me admissa: certū ē ꝙ opꝫ ɔcedere ꝙ illa ē ɔcedenda noialiter: ꝛ tñ quotienscunqꝫ proponitur illa: rex sedet: est a me dubitāda participialiter. Sil'r si ponatur ꝙ illa pꝛ opositio hō ē asin⁹ sic significando ꝑcise sit mihi posita ꝛ a me admissa: si ꝓpōatur an sit cōcedēda opꝫ ɔcedere noialiter: ꝛ tamē quotienscunqꝫ proponitur illa. hō ē asinus: ē neganda participialiter.

Contra primam regulam.

¶ Pono tibi illā aliqꝺ tibi positū nō ē a te admittendū. si nō admittis. ɔ hoc tibi positū est possibile: cum sit possibile ꝙ ponatur tibi aliquod impossibile simpliciter ꝛ tu non admittis: ergo non omne possibile tibi positū est a te admittēdū: ꝙ ē contra regulā. si g̊ admittis: ɔ: aliqꝺ tibi positū nō ē a te admittēdū: ꝛ nihil ē tibi positū nisi possibile: g̊ aliqꝺ possibile nō ē a te admittēdū: tenet cōsequētia a siꝛi aliqs hō nō currit: ꝛ nihil ē hō nisi eps: g̊ aliquis eps nō currit: ꝛ añs est ɔcedēdū: nā maioꝛ ē posita ꝛ admissa: ꝛ minoꝛ est vera ꝛ impertinens: ergo ɔ⁹ cōcedenda: ꝛ consequenter regula neganda cum sit sua contradictoria.

Responsio.

¶ Respondet̄ admittēdo positū cū sepe ponantur nobis multa ipossibilia que nō sunt admittēda: ꝛ ɔcedit̄ consequētia fcā: ꝛ nego ꝙ añcedēs sit cōcedēdū pro minori ꝛ cū dicitur ꝙ est vera ꝛ impertinens. nego ꝙ sit impertinens: nō tanq̄ verū: sed tanq̄ repugnās. Ista eni repugnāt ꝙ aliquid tibi positū: nō sit a te admittendū ꝛ nihil sit tibi positum: nisi possibile: ꝛ si dicit̄ quid g̊ est tibi positū: qꝺ nō est a te admittēdū dicit̄ ꝙ est vnū ipossibile vel incōpossibile nec teneoꝛ te aliter certificare. Si vero ponat̄ casus illo mō ꝙ aliquod tibi positum non sit admittendū ꝛ nihil sit tibi positum nisi possibile: dicitur non admittendo casum quia illa copulatiua est

ipossibilis:qꝛ vna pars repugnat alteri.nã oẽ positũ aut est possibile aut impossibile:⁊ oẽ admittẽdũ est possibile sicut nõ amittẽdũ ẽ ipossibile vł incompossibile:repugnãt ergo ista duo ꝙ sit nihil positũ nisi possibile:⁊ ꝙ id nõ sit admittẽdũ:qꝛ si illud nõ est admittẽdũ illud est impossibile:⁊ ex alia parte est possibile:qꝛ est positũ solũ possibile.ergo idẽ positũ esset possibile ⁊ impossibile:quod ẽ impossibile.

Contra eandẽ regulã arguitur.

¶ Pono tibi oẽ possibile si nõ admittis:ergo nõ oẽ possibile est a te admittendũ:quod ẽ contra regulaꝫ.si admittis propono quelibet illarum tu es ⁊ tu nõ es a te cõcedenda.⁊ pꝫ ꝙ sic:qꝛ oẽ possibile est tibi positum ⁊ a te admissum:quelibet istarũ est possibilis:igitur tibi posita ⁊ a te admissa ⁊ oẽ a te admissuꝫ ẽ cõcedẽdũ a te:sed quelibet illarum est a te admissa ergo cõcedenda tunc ꝓpono illam copulatiuam tu es ⁊ tu nõ es ẽ cõcedenda.si negas cõtra.quelibet pars est concedenda.ergo ⁊ tota si cõcedis:⁊ est impossibile simpliciter ergo propter possibile positum est impossibile simpliciter concedendum.

Responsio.

¶ Respondetur multipliciter.quidam dicunt cũ dicit̃ pono tibi oẽ possibile non respondeo:ita ꝙ ad illam:nõ teneoꝛ respondere nisi ponat̃ ꝓpositio.vt illa tu curris vel sibi similis.vñ si dicit̃ pono tibi ꝓpositioneꝫ non respondetur nisi ponat̃ ꝓpositio aliqua:tu curris vel similis.ita in proposito non teneoꝛ respondere nisi ponatur propositio possibilis.

¶ Aliter dicunt alij ⁊ fere in idẽ redeunt cuꝫ dicitur:pono tibi oẽ possibile dicunt pone ⁊ respondebimus:⁊ si dicit̃ pono:respõdẽt ꝙ si poneret libenter respõderemus.⁊ breuiter nũq̃ respõderẽt:nisi põeret̃ ꝓpositio.

¶ Alij vero dicũt ꝙ oẽ possibile est admittẽdũ:sed nõ est admittẽdũ omne possibile sicut oĩs homo est animal:sed nullum animal est oĩs homo. Cum ergo dicitur pono tibi omne possibile:qꝛ ly pono stat determinate dicitur nõ admittendo esse possibile:⁊ cũ dicitur ergo non omne possibile est a te admittendũ dicitur negando cõsequentiã.sic nõ sequitur nullum caput habet omnis homo:ergo non omnis homo habet caput.

Contra secundã regulã.

¶ Pono tibi illã:reliquũ istoꝝ est hõ:demõstrãdo sortẽ ⁊ brunellũ:que admissa qꝛ possibilis:ꝓpono.hoc istoꝝ ẽ hõ demõstrãdo sortẽ: certũ est qꝺ ẽ cõcedẽda:qꝛ vera ⁊ ipertinẽs:deinde ꝓpono:reliquũ istoꝝ est hõ:si negas:ergo cõtra regulã:qꝛ negas positũ.si cõcedis: ꝯtra reliquũ istoꝝ ẽ hõ:⁊ nõ est reliquũ istorũ nisi brunellus:ergo brunellus est homo.

Responsio.

¶ Respõdet̃ admittẽdo positũ:⁊ cõcedo ꝙ hoc istorũ est hõ demõstrando sor.⁊ cũ dicitur.propono reliquũ istoꝝ est hõ.nego:⁊ cũ dicit̃ ꝙ nego positũ:dicit̃ ꝙ nõ est incõueniens negare positũ:cum nõ est ꝓpositum in eadem forma sub quo fuit positum.Fuit autem positum partitiue:quia

in p̃ncipio casus nõ potuit tenere relatiue cũ nõ haberet añs: postea fuit positũ relatiue. iõ nõ icõueniẽs est ipsuꝫ negare. Posses etiã distinguere cũ ꝑponit̃ illa reliquũ istoꝝ est hõ an teneat̃ partitiue: an relatiue si. p̃mo modo concedo: si scd̃o nego. Contra tertiã regulã.

¶ Omne seq̃ns ex solo posito ꝛ admisso aut cũ cõcesso aut cũ concessis est ɔcedẽdũ. Cõtra. Sit rei veritas ꝙ tu sedes: pono tibi illã: tu sedes ꝛ illa ꝑpõ tu nõ sedes: sua ɔ̃dictoria sic p̃cise significãdo est tibi posita ꝛ a te admissa: casus est possibilis: q2 vna pars istius copulatiue obligat te ad ꝑpositionẽ ꝛ alia ad rẽ. Si eni ambe partes ptinerẽt ad rẽ: aut ad ꝑpõneꝫ: casus esset ipossibilis: quo ergo admisso arguo sic. Illa ꝑpõ tu sedes non est cõcedẽda: ꝛ tñ ẽ seq̃ns ex posito tanq̃ a copulatiua ad alterã parteꝫ. ergo nõ omne seq̃ns est concedendum: quod est contra regulam.

Responsio.

¶ Respõdet̃ admittẽdo positũ: ꝛ ɔcedo ꝙ illa tu sedes nõ est cõcedẽda noialiter. cũ ex casu sequat̃ ꝙ sua ɔ̃dictoria sit cõcedẽda. ꝛ ɔñter nego ꝙ sequat̃ ex posito: ꝛ cũ dicit̃ ꝙ sequit̃ ex illa copulatiua cõcedo istud. sꝫ nego ꝙ illa copulatiua sit posita: sed soluꝫ scd̃a pars eius est mihi posita. ꝛ hoc nego nõ tanq̃ falsuꝫ: sed tanq̃ repugnãs. ꝛ si poneret̃ ꝙ illa copulatiua sic p̃cise significãdo sit mihi posita: nõ amitto casuꝫ: q2 vtraq̃ pars ptineret ad ꝑpõnẽ vt prius dictũ ẽ. ꝛ in hoc casu quotiẽscunq̃ ꝑponit̃ illa: tu sedes debes dicere cõcedo: ꝛ negare ꝙ tu nõ sedes q2 hoc spectat ad rem. Si vero querit̃ an illa negatiua tu nõ sedes ẽ cõcededa noialiter dicitur ꝙ sic: ꝛ ɔñter ꝙ illa affirmatiua tu sedes: ẽ negãdã noialiter. Et si arguit̃ sic: illa ꝑpõ tu sedes ẽ negãda: ꝛ cũ ꝑponit̃ tu nõ negas eã. g̊ male rñdẽs dicit̃ negãdo ɔñaꝫ: q2 nõ ẽ iconueniẽs ꝙ vna ꝑpõ sit cõcedẽda noialiter: ꝛ tamen continuo dum proponitur sit neganda participialiter.

Cõtra quartã regulã.

¶ Omne repugnãs posito solũ aut posito ꝛ cõcesso aut posito ꝛ ɔcessis est negãdũ. Cõtra. Pono tibi illã: tu nõ es obligat⁹ casus ẽ possibilis: q2 possibile ẽ ꝙ nemo te alloquat̃ ꝛ ꝙ tu nõ respõdeas: quo admisso ꝑpono tibi illã: tu es obligat⁹: si ɔcedis habeo cõtra regulã: si negas ɔ̃ tu es obligatus ad illam. si tu non es obligatus: ergo tu es obligatus.

Responsio.

